

Heo carta ostendit Cotonacum esse in mandamento de castro Bozocelli et in parrochia sancti André de Costa, et est in pago Salmoriacensi, in episcopatu Gratianopolitano.

(25 janvier 1000.)

In Christi nomine, notum esse volumus quod laboratores quidam, Folcherius et Aschericus, venientes postulaverunt domnum Oddonem episcopum, ut aliquid terre ex ratione sancti André, quam per precarie largitatem adquisivit, sibi et uxoribus et heredibus eorum tradidit *{leg. traderet}* ad médium, plantum secundum Galliarum morem : quod et fecit. Predicta cespis sita est in pago Gratianopolis, in agro Salmoriacense, in villa Cotonaco, et ungitur undique ex eadem arva : infra banc diffinitionem predictus episcopus, ut supra taxavimus, prelibatis viris tradit more Burgundiorum ad médium plantum. Si quis vero cartulam liane corrumpere temptaverit, non valeat vindicare quod repetit, sed cui rixam moverit argenti libras persolvat V; sicque hec inde scriptura jugiter vigeat, cum stipulatione subnixa, in posterum. Signum domni Oddoni episcopi. Signum Buorchardi. Signum Uberti. Signum Folclierii. Signum Aganoni. Signum Ausierii. Signum Gotafredi. Signum Ardenchi. Actum apud castrum Bocizelo (8), per manum fratris Constantini, feria V^a, VIII kalendas februarii, anno VII régnante Radulfo rege (9).

(8) *Bocsozel*, écart de Gillonay, canton de la Côtç-Saint-André, arrondissement de Vienne (Isère).

(9) Le commencement de la première année du règne de Rodolphe-le-Fainéant, roi de la Bourgogne-Transjurane, est pris au 19 octobre 993, date de la mort de son père, Conrad-le-Pacifique.